

νζ. ^ς) Ἡ διάταξις αὕτη παρακελεύεται τον ^ι) συμφωνήσαντα ἦτοι διαλυσάμενον ἐγγράφως, καὶ ἐπαγαγόντα ^υ) καὶ Ἀκουλιανὴν ἐπερωτήσιν καὶ ἀποχὴν καὶ ἀμεριμνίαν, ἢ φυλάττειν βεβαίαν τὴν διάλυσιν, ἢ παραβαίνοντα ^ν) καὶ τὸ ^ω) πρόστιμον ἀπαιτεῖσθαι, ἕπερ ἐτηρώτηται ^ξ), καὶ δίδοναι ἐκεῖνα, ὅσα λόγῳ διαλύσεως ἔλαβεν.

τὸν συμφωνήσαντα] Σημείωσαι, πῶς ἡ διάταξις ἐν ἀρχῇ εἰποῦσα συμφωνήσαντα ἐπήγαγε τὸ τῆς διαλύσεως ὄνομα, δηλοῦσα, ὅτι ἐν καταχρηστικῇ καὶ ἢ διαλύσει πάκτον ἐστίν, οὐκέτι μέντοι καὶ τὸ πάκτον διάλυσιν οὐ γὰρ ἀντιστρέφει ὁ λόγος. σημείωσαι δὲ, ὅτι, κἂν εὐθέως ἅμα τῷ συμφωνησάμεν περὶ τῆς διαλύσεως μεταμεληθῶ, οὐ δύναμαι ἀνατρέψαι τὴν ἅπαξ προσελθούσαν διάλυσιν. μέμνησο δὲ, ἂν εἴπῃ σου ἰσχυρότερον ἐν τῷ τῆς ζ. διατάξεως ὑπομνήματι τούτου τοῦ τι. καὶ περὶ τῶν δανεισῶν τῶν πακτενόντων πρὸς τὸν κληρονομοῦν τὸν διασεκτούμενον, ὅτι, κἂν ἅπαξ πακτενῶσι πρὸς αὐτὸν, δύναται μεταμελεῖσθαι πρὸ τῆς ἀδιόνοσος αὐτοῦ καὶ λέγειν, οὐ φυλάττειν τὸ σύμφωνον· μὴ οὖν ἀδικεῖσθαι. ἐν τούτοις μὲν ὁ προκατὸν τῆς διατάξεως. τὸ δὲ κατὰ πόδας οὕτως ἔχει. Ἐνθα σύμφωνον ἡ διάλυσιν γέγραπται καὶ τοῖς τῆς Ἀκουλιανῆς ἐπερωτήσεως δευροῖς ἢ βεβαίως τὸν νόμον ἐδεσμήθη, ἢ τοῖς συμπεφωνημένοις κατὰ τοὺς νόμους παρασχεῖται ἐστὶν ἢ συναίνεσις, ἢ τὸ πρόστιμον μετ' ἐκείνων, αἷνα δίδουσαι ἀποδείκνυται, καὶ πρὸ διαγνώσεως τῆς δίκης εἰς ἐνεπτόν ἐστίν, ἐὰν ὅλος καὶ ὁ ἀντιδικὸς τοῦτο βουληθεῖται.

τὸ πρόστιμον] Σημείωσαι δὲ τὴν διάταξιν καὶ μέμνησο, πότε χρόαν ἔχει τὸ νόμιμον αὐτῆς, ὥστε πρὸ τῆς οἰαζήπιτο διαγνώσεως καὶ τὸ πρόστιμον ἀπαιτεῖσθαι τὸν παραβαίνοντα καὶ πάντα, ὅσα λόγῳ διαλύσεως ἔλαβεν, ἀναδιδόναι, τουτέστιν, ὅτε καὶ ἐγγράφως ἢ διαλύσει γέγονεν, ἦτοι τὸ πάκτον καὶ τῆς Ἀκουλιανῆς ἐπερωτήσεως ἠσφαλισται. ἐὰν οὖν ἀγραφον διάλυσιν παραβαίη τις, ἢ τὴν ἐγγράφον μὲν, μὴ ἔχουσαν δὲ τὴν Ἀκουλιανῆν ἐπερωτήσιν, οὐ χωρὰ τῷ νόμῳ ταύτης τῆς διατάξεως. ὅτι δὲ καὶ ἀγραφῶς γνωμὴν διάλυσιν ἔχουσαι, ἔγνωσεν ἐν τῇ ε. καὶ κη. τοῦ τιτ. τούτου διατάξει. ἀλλ' ἐπὶ τῶν τοιούτων διαλύσεων, εἰ μὲν ἐπερωτήσιν προστίμου ὁ διαλυσάμενος προσέθηκε, μετὰ τὴν τὸν πρόστιμον καταβολὴν ἐρρωσθαι καὶ οὕτω τὴν διάλυσιν δύνασθαι, καὶ τὸ πρόστιμον ἀπαιτεῖν τὸν παραβαίνοντα. δύναται δὲ ἐναγομένος κερῆσθαι τῆ τοῦ πάκτου παραγραφῇ, ὡς εἴπῃ ἐν τῇ ιζ. τούτου τοῦ τιτ. διατ. ἦτοι κεφ. ιδ. εἰ δὲ μόνον πρόστιμον ἠρώτησεν ἐν παραβίσεως ἢ καὶ συναρνήθη, τὸν παραβαίνοντα ἀναδιδόναι τὰ δεδομένα, τότε ἢ τῆ τοῦ πάκτου παραγραφῇ κέρηται βουλούμενος ἐρρωσθαι τὴν διάλυσιν ὁ ἄδελφος, ὡς εἴπῃ ἐν τῇ ιζ. τοῦ τιτ. τούτου διατ. καὶ οὐκέτι δύναται ἠσπετιτεῦν, αἷνα λόγῳ διαλύσεως κατέβαλεν ἢ εἰ θαρροῖ τὰς οἰκείας ὁμολογίας ὁ ἄδελφος, καὶ βουλεύεται ἀνωθεν κινήθηναι τὴν δίκην, καλῶς ἐπιζητεῖ ἀναλαβεῖν, ἢ δέδωκεν λόγῳ διαλύσεως, κατὰ τὴν ιδ. τούτου τοῦ τιτ. διατ. ἦτοι κεφ. ια. τὸ οὖν συναγομένος, ὁ μὲν ἐγγράφον διάλυσιν παραβαίνων τῆ προκειμένη διατάξει περιπίπτων καὶ τὸ πρόστιμον ἀπαιτεῖται καταβαλεῖν, καὶ ὅσα λόγῳ διαλύσεως ἔλαβεν, ἀναδιδόναι· ἦνκα δὲ ἢ ἀγραφῶς ἐστὶν ἢ διαλύσει, ἢ χωρὶς Ἀκουλιανῆς ἐπερωτήσεως γέγονεν, ἐν γνομῇ κείτῃ τοῦ ἔσου, εἰ βουλεύεται χρῆσασθαι τῆ παραγραφῇ τῆ ἀπὸ τῆς διαλύσεως καὶ ἀπαθῆσθαι τὸν ἐνάγοντα, ὡς ἢ ιζ. τούτου τοῦ τιτ. φησὶν διατάξις, ἢ μᾶλλον εἰ θέλει ἐπιζητεῖν ἀναδοθῆναι αὐτῷ, ἢ κατέβαλε, καὶ ἀνωθεν καὶ τὴν δίκην λέγεσθαι, ὡς εἴπῃ ἐν τῇ ιδ. διατ. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ ἐνάγοντος παραβαίνοντος, ἢ συναρνήσεν, καὶ βουλούμενον τὴν διάλυσιν ἀνατρέψαι. ὁ δὲ ἐναγομένος ποτὲ μὲν δύναται λέγειν, ὡς ἰνδὲ βίβιον κατέβαλε καὶ βουλεύεται ἠσπετιτεῦσαι τὰ καταβληθέντα ἐπὶ [μὴ] γ) δύο μόνων αἰτίων, ὡς ἐσημειώσαμεν σοι ἰσχυρότερον, ἔνθα ἢ προφανῆς ἢ ἢ συγκριτικῆς τοῦ ἐνάγοντος, ἢ περὶ ἀλλομένων ἦτοι διατροφῶν δίκην διγνώσεως τοῦ ἰσχυροῦς διελύσαστο. ἐὰν δὲ τὰ ἐπαγγελθέντα πᾶς αὐτῷ δίδουσαι λόγῳ διαλύσεως οὐ πληροῖ, ἀτελοῦς μὲν ὑπαρχούσης τῆς διαλύσεως δύναται ὁ ἐνάγων ἀνωθεν κινῆναι τὴν ἀρχαίαν ἀγωγὴν, καὶ ἀντιτιθέσθαι ἐκείνου τὴν τοῦ πάκτου παραγραφὴν κερῆσθαι τῆ τοῦ δόλου ἠπλικαίονι ἢ τῆ ἠμάρτυρι, καὶ ἀπαιτεῖν αὐτὸν πληροῦν, ἕπερ συναρνήσεν, ὡς εἴπῃ ἐν τῇ κη. τούτου τοῦ τιτ. διατ. ἦτοι κεφ. με. εἰ δὲ καὶ ἐτηρωτήθη δίδοναι τὰ λόγῳ διαλύσεως ὁ ἄδελφος

LVII. Haec constitutio praecipit, ut qui scriptura ^{L. 40. C. 11. 4.} interveniente pactus est ¹⁾, aut transegit, atque Aquilianam stipulationem et acceptilationem et liberationem adiecit, vel transactionem servet, vel si eam violaverit, poenam ²⁾ in stipulationem deductam inferat eaque restituat, quae ex causa transactionis accepit.

1) qui pactus est] Observa, quomodo constitutio initio de eo, qui pactus est, locuta verbum *transactio* subiecerit, significans, etiamsi transactio per abusum pactum dicatur, tamen pactum non esse transactionem. Usus enim horum verborum non promiscuus est. Nota autem, me, etiamsi statim atque de transactione pactus sim, me eius poenituerit, transactionem tamen semel interpositam rescindere non posse. Memor sis eorum, quae supra in commentario ad constitutionem 20. huius tituli tibi dixi de creditoribus, qui cum herede deliberante paciscuntur ita, ut, licet cum eo pacti fuerint, ante hereditatem ab eo aditam poenitentiam agere et dicere possint: pactum non servamus: ne igitur adeas hereditatem. In his quidem posita est regula constitutionis. *Tὸ κατὰ πόδας* haec habet. Ubi pactum vel transactio scripta est atque Aquilianae stipulationis vinculis firmitas iuris innexa est: aut placitis secundum leges accommodandus est consensus, aut poena cum his, quae data probantur, etiam ante causae cognitionem inferenda est, si adversarius hoc maluerit.

2) poenam] Nota constitutionem et memento, quando sanctio eius obtineat, ut scilicet ante omnem causae cognitionem et poena exigatur ab eo, qui transactionem violat, isque omnia, quae ex causa transactionis accepit, restituat, id est, cum scriptura interveniente transactio inita est, sive pactum stipulatione quoque Aquiliana firmatum est. Si igitur transactionem in scripturam non redactam quis violaverit, vel in scriptis quidem celebratam, nec vero Aquiliana stipulatione firmatam, sanctioni huius constitutionis locus non est. Transactionem etiam sine scriptura factam valere, const. 5. et 28. huius tit. didicisti. Sed in eiusmodi transactionibus, si quidem poenae stipulationem is, qui transegit, adiecerit, post poenam praestitam et sic transactio valere potest et poena exigi ab eo, qui transactionem violaverit. *Conventus autem pacti exceptione uti potest*, ut const. 17. huius tituli sive cap. 34. dixi. Si vero poenam solum, si transactio violaretur, alter stipulatus sit, vel etiam placuerit, ut qui violaverit, data restitueret, reus vel pacti exceptione utitur, transactionem ratam esse volens, ut const. 17. huius tit. dicitur, nec amplius transactionis nomine soluta repetere potest: vel si reus allegationibus suis confidat et denuo litem agi velit, recte desiderat, restitui sibi ea, quae ex causa transactionis dedit, secundum const. 14. huius tit. sive cap. 31. Summa igitur haec est. Qui transactionem in scripturam redactam violat, in hanc constitutionem incidit, isque tam poenam solvere, quam ea, quae transactionis nomine accepit, restituere compellitur: quando autem transactio sine scriptura celebrata, vel Aquiliana stipulatione firmata non est, tunc in arbitrio rei est, utrum exceptione transactionis uti et actorem submovere velit, ut const. 17. huius tituli dicitur, an restitui sibi ea, quae solvit, et causam denuo agi velit, ut const. 14. dicitur. Haec dicta sunt de actore placita violante et transactionem rescindere volente. Reus autem interdum dicere potest, se indebitum solvisse et soluta repetere velle, ex duabus tantum causis, quas supra tibi tradidi, quum aut manifesta est actoris calumnia, aut de alimentis citra cognitionem magistratus transactum est. Si vero reus transactionis nomine dari promissa implere nolit, actor, quia imperfecta transactio est, pristina actione denuo experiri, et pacti exceptione a reo opposita, doli vel in factum replicatione uti et desiderare potest, ut ille placita impleat, ut const. 28. huius tit. sive cap. 45. dicitur. Sed et si reus quaedam transactionis causa dare stipu-

s) Legitur in Syn. p. 147. t) Sic Fabr. Cod. Coisl. τὰ, quod quadrare non videtur. u) Syn. ἐπάγονται. v) Syn. παραβαίνοντα. w) τὸ Fabr. et Syn. deest in Cod. Coisl. x) Sic Fabr. Cod. Coisl. ἐπερωτήται. Sed lectio Fabroti bene se habet. Syn. ἐτηρωτήθη. y) μὴ, quod habet Cod. Coisl. plane non quadrat. Ideo uncis inclusi.

καὶ μὴ δίδωσιν, ἔστι κατ' αὐτὸ ἢ, ἔξ στυπουλάτου, ὡς ἡ αὐτῆ κη'. διατ. ἐσαφῆρυσεν. εἰ δὲ καὶ πρόστιμον ἐπερωτηθεὶς δίδοναι, εἰς ἀπαρθεῖν, καταβαλεῖν ἀναγκάζεται τὸ πρόστιμον καὶ διὰ μόνην τὴν ἐπὶ τῇ καταβολῇ ὑπερθεῖν, ὡς εἶπεν ἡ λζ'. διατ. ἦτοι κεφ. νδ'. εἰς δὲ τελείως γενομένης τῆς διαλύσεως ἐπὶ τῇ ἐπαγγελίᾳ τῆς δόσεως ἀγνωμονῆ ὁ θεός, καὶ οὐ βούληται καταβαλεῖν, ἄπερ ἐπηγγέλματο, δύναται τότε τὴν προαισθητικὴν βροβίαν κινεῖν ὁ ἄκτωρ κατ' αὐτοῦ, ὡς εἶπε ἡ λη'. τούτου τοῦ τιτ. διατ. ἦτοι κεφ. ν'. ἴδου τελείως συνήγαγον σοι, καὶ ἐνάγοντος καὶ ἐναγομένου μὴ ἐμμένοντος ταῖς οἰκείαις διαλύσεσιν, ἢ ταῖς ἐγγράφοις ἢ ταῖς ἀγραφοῖς, ἢ ταῖς τελείαις ἢ ταῖς μὴ ἐχούσαις Ἀκουλιανῶν ἐπερωτηθῆναι καὶ ἀκεπιλατίονα, τί δεῖ γενέσθαι μείνωσιν δὲ τούτου παντοῦ συνηγορῶν, ἵνα αὐτῶ τὴν ἀρχὴν μὴδὲ συγχωρήσῃς, ἐξετασθῆναι τὰ τῆς δίκης, εἰ μὴ πρότερον καταβολὴ καὶ τὸ πρόστιμον καὶ τὰ λόγῳ διαλύσεως δεδομένα ὁ παραβαίων τῶν ἐγγράφων καὶ τελείων διάλυσιν. πάντῳ γὰρ θανυστόν ἔστι τὸ ἄκαιτῶν αὐτὸν πρὸ πάσης διαγνώσεως ἐκότερα.

Θεοδώρου. Ὁ τὴν ἐγγράφον Ἀκουλιανῶν παραβαίων διάλυσιν καὶ τὸ πρόστιμον, καὶ ὅσα ἔλαβε χάριν αὐτῆς, δίδωσι, μείνωσιν τῆς λζ'. διατ. τοῦ παρόντος τιτ. Ἐρωτ. Ἀρ. οὐν διδοὺς τὰ β. καὶ τὸ πρόστιμον καὶ ἄπερ διαλύσεως λόγῳ ἔλαβεν, ἐρωτώμενος λοιπὸν κινεῖ τὴν παλαιὰν ἀγωγὴν...; μάθε. ὁ μὲν κοινὸς διδάσκαλος Πατρικίος πολὺν ἐκίνησε περὶ τούτου λόγον, θεωροῦσαν ὑποτάξας τῷ ποιηματι ταύτης τῆς διατάξεως. καὶ προχειρὸν ἔστι, ταυτὴ καὶ ἐντυχεῖν καὶ μαθεῖν τὰ ἐκείνη δεδομένα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μὴδὲ ὅπως ἰσχυρῶς ἐνάγειν αὐτόν. τεθεματίζεται γὰρ Ἀκουλιανῶν ποιησάμενος ἐπερωτηθῆναι καὶ ἀκεπιλατίονα. καὶ ποῖαν δύναται λοιπὸν ἔχειν ἀγωγὴν, πᾶσαν ἀνέλων διὰ τῆς ἀκεπιλατίου; εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ τὸ παλαιόν, ὡς αὐτὸς ὁ Ἡρώς Πατρικίος ἐδίδαξεν, ἠδύνατό τις εἶπεῖν, ὅτι περὶ τῆς νεοειδίαις πευτιλίας διελύσατο τῆς μὴ ἀναιρουμένης τότε διὰ τῆς Ἀκουλιανῆς ἐπερωτήσεως, ὁμοῦ σήμερον οὐδὲ τούτο προχωρεῖ τρακαῖζεν ἡμῖν, ἐπειδὴ ἡ ιε'. διατ. καὶ τὴν νεοειδίαις πευτιλίας καὶ τὴν σπειματῶν ἢ ἡμ. ἐνομοθετήσεν ἀναρθεῖσθαι διὰ τῆς Ἀκουλιανῆς ἐπερωτήσεως. ἐκείνα οὐν μόνον περιλείπεται τοῦ, εἰ κατὰ δόλον γέγονεν ἢ διαλύσει, δύνασθαι τὸν ἄκτωρα ἀποδεικνύει τὸν δόλον τὴν δὲ δόλο κινεῖν ἐρωτώμενος. ἐν πολλαῖς γὰρ διατάξεσιν ἐγνωμέναι καὶ μάλιστα ἐν τῇ ιθ'. τούτου τοῦ τιτ. ὅτι κατὰ δόλον γενομένης Ἀκουλιανῆς ἐπερωτήσεως δύναται ἢ δὲ δόλο κινεῖσθαι ἢ οὕτως χρῆσθαι θεματῶν, ὅτι μετὰ ἀπόφασιν διελύσατο ἐπὶ τῇ ἰουδικίᾳ κατὰ Ἀκουλιανῶν ἐπερωτήσιν, μὴδὲ γενομένης ἐκλήτου, μὴδὲ δυναμένης γενέσθαι. καὶ μάλιστα τῷ νόμῳ μὲν ἀσπρόδθῃ καὶ πάσα ἀγωγή, ἤρμωσε δὲ διὰ τὸν δόλον τοῦ ἐναγομένου τῷ ἄκτωρ ἢ δὲ δόλο. εἰ μὲντοι εὔρομεν θεμιτὴν τὴν διάλυσιν καὶ βόνα φῖδε γενομένην, ἢ ἐγγράφον καὶ τελείων ὑπαρχουσιν, ὡς ἡ διατάξις αὐτῆ θεματίζει, εἰ καὶ προσενέγκῃ τὸ πρόστιμον καὶ ἄπερ ἔλαβεν λόγῳ διαλύσεως, οὐ δύναται κινήσει τὴν ἀρχαίαν ἀγωγὴν, τὴν ἀπαξ ἀναρθεῖσθαι διὰ τῆς Ἀκουλιανῆς ἐπερωτήσεως καὶ ἀκεπιλατίου.

lanti promisit nec praestat, ex stipulatu actio adversus illum competit, ut eadem const. 28. ostenditur. Quodsi poenam dare stipulanti promiserit, si transactioni non steterit, poenam ob moram quoque solvendi tantum solvere cogitur, ut const. 37. sive cap. 51. dicitur. Si vero transactio in promissione dandae rei alicuius perfecta sit, nec solvere velit reus, quae promisit, actor praescriptis verbis adversus eum agere potest, ut const. 38. huius tit. sive cap. 50. dicitur. Ecce, plene congressi, quid faciendum sit, si vel actor vel reus transactionibus suis non steterint, scriptis vel non scriptis, perfectis vel Aquiliana stipulatione et acceptilatione non firmatis. Memor horum sis semper, ubi advocatum egeris, ne ei, qui transactionem in scripturam redactam et perfectam violare conatur, initio causam disceptari prius permittas, quam et poenam solverit et transactionis nomine sibi data restituerit. Nam valde mirabile est, quod utrumque ab eo ante omnem cognitionem exigitur.

Theodori. Qui transactionem in scriptis celebratam et Aquiliana stipulatione firmatam violat, tam poenam praestat, quam ea, quae transactionis causa accepit, restituit. Memineris const. 37. huius tit. Interrogatio. Num igitur utroque praestito, tam poena, quam his, quae transactionis causa accepit, valide pristinam actionem postea movet? Disce. Patricius, communis praecceptor noster multa hac de re verba fecit, et huic constitutioni considerationem subiecit, quam invenire et discere ea, quae illi videantur, facile est. Mihi autem nequaquam valide agere videtur. Nam fingitur Aquiliana stipulationem et acceptilationem fecisse. Qualem vero actionem de vetere habere poterit, omni actione per acceptilationem sublata? Quamvis enim olim, ut ipse Heros Patricius docuit, dicere quae posset, se de hereditatis petitione transegit, quae tunc Aquiliana stipulatione non tollebat, hodie tamen hoc tractare non possumus, quum constitutione 15. statutum sit, tam hereditatis petitionem, quam specialem in rem actionem Aquiliana stipulatione perimi. Illud igitur solum relictum est, ut, si dolo malo transactio facta sit, actor dolo probato valide de dolo agere possit. Ex multis enim constitutionibus, praesertim ex const. 19. hui. tit. didicimus, Aquiliana stipulatione dolo malo facta de dolo agi posse. Vel ponendum est, eum post rem iudicatam, quum nec appellatum fuerit, nec appellari potuerit, de actione iudicati per Aquilianam stipulationem transegit. Nam iure quidem omnis actio perempta erat, actori autem propter rei dolum de dolo actio competeat. Si tamen transactionem iustam et bona fide factam reperiamus, eamque in scripturam redactam et perfectam, ut hac constitutione ponitur, etiamsi poenam eaque, quae transactionis nomine accepit, obtulerit, pristinam actionem movere nequit, Aquiliana stipulatione et acceptilatione semel sublata.

LVIII. Si quis maior ¹⁾ vigintiquinque annis a nemine coactus ²⁾ suo arbitrio et voluntate pacta quaedam vel transactiones fecerit, et quae a se facta sunt, rescindere velit, vel interpellando iudicem ³⁾, vel supplicando Principi, vel non implendo promissa ⁴⁾: eas autem transactiones ⁵⁾ invocato Deo omnipotente confirmaverit, non solum notetur infamia, verum etiam actione omni sibi competente privetur ⁶⁾. Exsolvat etiam poenam ⁷⁾, quae pactis vel transactionibus inserta est, et dominio earum rerum excidat, quas pacti vel transactionis nomine lucratus est. Haec autem omnia, quibus is, qui fidem transactionis rupit, multatur, lucro alterius partis cedant ⁸⁾, quae, ut transactio servaretur, curavit. Eos etiam, inquit, haec iactura dignos esse iubemus, qui numen nostrum pactis vel transactionibus inserentes per salutem Principum

L. 41. C. II. 4. νη'.²⁾ Ἐάν τις μελίων τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν^{α)} ὑπὸ μηδενὸς ἀναγκάζομενος κατὰ δοκιμασίαν οἰκείαν ἐκουσίως σύμφωνα τινὰ^{β)} ποιησάμενος ἢ διαλύσεις, βουληθεὶς ἀνατρέψαι τὰ παρ' αὐτοῦ γεγονότα, ἢ ἄρχοντι προσυῖν, ἢ δεήσεις ἐπιδιδόντες βασιλεῖ, ἢ μὴ πληρῶν τὰ ἐπαγγελθέντα, ταύτας δὲ τὰς διαλύσεις ἐβεβαίωσε τῇ ἐπικλήσει τοῦ παντοδυνάμου^{γ)} Θεοῦ, μὴ μόνον ἀτιμωσθῆναι, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀμοιβώσεως ἀπὸ ἀγωγῆς ἀποστρεφῆσθαι. διδόντω δὲ καὶ τὸ πρόστιμον, ὑπερὸν ἐν τοῖς συμφώνοις ἢ ταῖς διαλύσεσιν ἐγχεῖται. καὶ ἐκπιπέτω τῆς δεσποτείας τῶν πραγμάτων ἐκείνων, ἅτινα προφάσει τοῦ συμφώνου ἢ τῆς διαλύσεως ἐκέροδανεν^{δ)}. ταῦτα δὲ πάντα, ὅσα οὗτος ὁ παραβαίων τὴν διάλυσιν ζημιούται, κερδαινέτω τὸ ἕτερον^{ε)} μέρος, τὸ σπουδάσαν^{ς)} βεβαίαν^{η)} φυλάξαι τὴν διάλυσιν. καὶ ἐκείνους δὲ, φησὶ^{η)}, τῆς τοιαύτης ζημίας ἀξίους εἶναι

α) Legitur in Syn. p. 147. β) Syn. τῶν κέ. ἐπὶ. γ) τινὰ deest in Syn. δ) Syn. τοῦ πάντα δυναμένου. ε) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἐκέρθησεν. Syn. ἐκέρθησε. ζ) ἕτερον deest in Syn. η) Sic Fabr. et Syn. Cod. Coisl. σπουδάσαν. θ) Sic Cod. Coisl. et Syn. Fabr. φυλάξαι βεβαίων. η) Syn. φησὶν.

κελεύομεν, ὅτινες τὴν ἡμετέραν Φειότητα ¹⁾ τοῖς συμφώνοις ἢ ταῖς διαλύσεσιν ἐντιθέντες, κατὰ τῆς σωτηρίας τῶν βασιλέων ἐπωμόσαντο ²⁾, φυλάττειν τὰ σύμφωνα ἥτοι τὰς διαλύσεις, ὡς παρέβησαν.

ἐάν τις μελίζων] Θεοδώρου. Ὁ θεὸς παραβαίνειν τὴν ἐχουσαν ὄρκον διάλυσιν ζημοῦται πάντα τὰ χάριν αὐτῆς κερδανθέντα αὐτῷ καὶ τῆς ἰδίας ἀγωγῆς ἐκπίπτει καὶ τὴν ποιήν δίδωσιν, εἰ μὲλζων ἐστὶ τῶν κέ. ἐνιαυτῶν δηλονότι. μὲνησο γὰρ τῆς ἱζ'. διατ. τοῦ παρόντος τιτ. πλὴν ἀνάγνωθι τὴν μβ. διατ. τοῦ παρόντος τιτ. αἱ προλαβοῦσαι διατάξεις οὐδεμίαν ἐποίησαντο μνημὴν διαλύσεως ἐχούσης ὄρκον, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐκείναις νενομοθετημένα περὶ τῶν ὄρκων χωρὶς γενομένων διαλύσεων νενομοθετήται. αὐτὴ μὲντοι ἡ διατ. ἐκείναις μόνως περιέλαβε τὰς διαλύσεις τὰς τῶν ὄρκων ἐχούσας ἐν αὐταῖς κατὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ καὶ τῆς σωτηρίας τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων. ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδας αὐτῆς οὗτος. Ἐξ τῆς μελίζων τῶν κέ. ἐνιαυτῶν ὑπεραντίον τῶν συμφώνων ἢ τῶν διαλύσεων ἐκ μηδεμίαις ἐξουσίας ἀναγκάζομενος, ἐλευθέρα δοκιμασία καὶ βουλήσει συγκειμένη ¹⁾ ἐνόμισεν εἶναι ἐλευστέον ἢ παρενοχλῶν ὄρχοντι, ἢ δεήσει ἐπιδιδούσῃ τῷ βασιλεῖ, ἢ μὴ πληρῶν, ἅπερ ἐπηγγέλματο, ταύτας δὲ τὰς διαλύσεις ἐπικληθέντος τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα δυναμένου τῆ αὐτοῦ αὐθεντία ἐβεβαίωσεν, μὴ μόνον ἐγκραύσθω τῇ ἀτιμίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς ἀγωγῆς ἀποστερουμένους ἀποκαθισταμένους τοῦ προστίμου, ὅπερ τοῖς συμφώνοις ἔγκειται, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων δεσποτίας ἀποστερηθέντα καὶ τοῦ κέρδους, ὅπερ ἐκ τῶν συμφώνων ἢ ἐκ τῆς διαλύσεως ἐκείνης εἴληφεν. τοιγαροῦν πάντα παραχρήμα τὰ κέρδη ἀφορίζεσθω ἐκείνοις, ὅτινες ἀκέραια τὰ τοῦ συμφώνων δίκαια ἐφύλαξαν καὶ ἐκείνους δὲ τῆς τοῦτον τοῦ κοίμου ζημίας ἀξίους εἶναι κήνομεν ἥτοι τῆς λειτουργίας, ὅτινες τὴν ἡμετέραν Φειότητα τοῖς ἀφῆσαι ἐντιθέντες κατὰ τῆς σωτηρίας τῶν βασιλέων τὴν βεβαίωσιν τῶν γενομένων ἐπωμόσαντο εἶναι συμφώνων.

Μελίζων τῶν κέ. ἐνιαυτῶν ³⁾. τοῖς γὰρ ἐλάττωσιν, ὡς ἔργωμεν ἐν πολλαῖς προλαβοῦσαι διατάξεις, ἐπιπέτραιται, τὰς παρ' αὐτῶν γενομένας ⁴⁾ διαλύσεις ἀνατρέπειν. ἢ δὲ παροῦσα διατάξεις καὶ τὸ ⁵⁾ μελίζων δηλοῖ, ὅτι, καὶ ⁶⁾ ἐπιπροκοῦσι αὐτοῖς ⁷⁾ κατὰ τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως καὶ κατὰ ⁸⁾ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ συγχωρεῖται ⁹⁾, τὴν διάλυσιν ἀνατρέψαι καίτοι ¹⁰⁾ μαθεῖν ἔχουσι προκρίοντες ἐν τῷ κέ. τιτ. τοῦτον τοῦ βιβ. ¹¹⁾ διατ. α'. μὴ ἀνατρέπειν τὴν πρῶσιν ¹²⁾, οὐκ ἐπέτρεψε ἡ διατάξις τὴν ἀποκατάστασιν. ἀλλὰ μὴ νομιζέτω ¹³⁾ ταύτην τὴν διατάξιν ἐναντίαν ἐκείνῃ καθεστῆσθαι. καὶ ἐκείνη γὰρ τοῦτο δοκεῖ λέγειν, ὅτι ἔξεστι μὲν σοι ¹⁴⁾ καὶ ὁμοίασθαι ἀποκαταστῆσαι, οὐκ ἐμοῦ δὲ τοῦ βασιλέως ¹⁵⁾ ἐπιτρέψαντός ¹⁶⁾ σοι ἐπιπροκρίσεις ¹⁷⁾. τὸ οὖν ἀληθέστερον ἐκ τῶν β'. ¹⁸⁾ τούτων διατάξεων δείκνυται, ὅτι δύναται καὶ ὁμοίως ὁ νεώτερος ¹⁹⁾, ἐμμένειν τινὲ τῶν παρ' αὐτοῦ προκρίοντων, καὶ ὑπεραντίον τοῦ ἰδίου ὄρκου αἰτεῖν ἀποκαταστῆσαι. τοῦτο δὲ νόσον, εἰ μὴ ἴσα ²⁰⁾ περὶ τῆς οὐκίαις ὁμοίως ἡλικίας, ὅτι μελίζων ἐστὶ τῶν κέ. ἐνιαυτῶν, καὶ ὁμοίως ἡλικίας τὸν συναλλάσσοντα. τότε γὰρ ὡς δόλον ἀμαρτῶν οὐ ²¹⁾ δύναται ἀποκαταστῆσαι, οὐδὲ διὰ τὸν ὄρκον, ἀλλὰ διὰ τὸν οὐκίον δόλον κωλυόμενος τῆς ἀποκαταστάσεως, ὡς εἶπομεν εἰς τὸν δὲ ἐν ἐντέγραφοι τοῦ δ. βιβ. τῶν πρώτων ²²⁾. σημειώσαι οὖν ἐν τῷ θέματι τῆς προκειμένης διατάξεως, ὅτι καὶ ἀμαρτῶν ὁ νεός ἐν τῷ ἐπιπροκρίνῃ συγγνωσκείται καὶ διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως βοηθεῖται. ὅτι γὰρ ἀμαρτημῆ ἐστὶ τὸ ἐπιπροκρίσθαι κατὰ τῆς βασιλικῆς σωτηρίας, καὶ εἰς τὸ δὲ ἔθρονον κείται βιβ. α'. τιτ. β. διατ. ιγ'. λέγει γὰρ, αὐτὸν ὡς ἀμαρτησάντα ὁμῆδοις τύπτεισθαι καὶ ἐπιβοῶν αὐτῷ τὸν κίρκον, προπετῶς μὴ ὀμνε. σημειώσαι οὖν, ὅτι ἐπὶ ἀμαρτημῆ καὶ ἐν πληγαῖς ἔχοντι τὴν τιμωρίαν ὁμοίως ἢ διατάξις συγγνωσκεί τῷ ἐλάττωι τῷ συμφωνοῦντι. σημειώσαι οὖν, καὶ ἐπὶ πάντων ψιλῶν χωρὰ τῆ νομοθεσίας τῆς διατάξεως, ὥστε οὖν, κἂν τὸ ὠμολογημένον χρόος πακτεύσας, τὴ μὴ ἀπαιτεῖν με, ἐπωμόσῃται, μὴ ἀνατρέπειν τὸ συμφώνον, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνατρέψῃ, δύναται ταύτη χρῆσασθαι κατ' αὐτοῦ τῆ διατάξεως. εἰ καὶ μὴ χωρὶν ἔχει πάντα αὐτῆς τὰ ἐπιτίμια κατὰ τοῦτον (οὐδὲ γὰρ ἐκείν τ, εἰα αὐτὸ ἀναδῶ) ὁμοίως

iurarunt, se pacta vel transactiones servaturos, quas violarunt.

I) si quis maior] Theodori. Qui transactionem iureiurando firmatam violare cupit, omnibus, quae eius nomine lucratus est, privatur et actione sua excedit, poenamque praestat, si scilicet maior XXV. annis est. Memineris enim const. 17. huius tit. Ceterum legas const. 42. huius tit. Praecedentes constitutiones transactionis iureiurando confirmatae nullam mentionem fecerunt, sed omnia iis statuta ad transactiones spectant sine iureiurando initas. Haec tamen constitutio eas tantum transactiones continet, quae iureiurando per Deum omnipotentem et per salutem Principum piissimorum confirmatae sunt. Tὸ κατὰ πόδας constitutionis haec habet. Si quis maior XXV. annis adversus pacta vel transactiones nullo imperio coactus, libero arbitrio et voluntate confectas putaverit esse veniendum, vel interpellando iudicem, vel supplicando Principi, vel non implendo, quae promisit: eas autem transactiones, invocato Dei omnipotentis nomine, eius auctoritate solidaverit: non solum notetur infamia, verum etiam actione privatus, restituta poena, quae pactis inserta est, et rerum proprietate careat et emolumento, quod ex pactione vel transactione illa fuerit consecutus. Itaque omnia mox commoda iis deputentur, qui intemerata pacti iura servaverint. Eos etiam huius legis iactura dignos esse iubeamus, vel munere, qui nomen nostrum placitis inserentes, per salutem Principum confirmationem inita- rum iuraverint esse pactationum.

Maior viginti quinque annis. Minoribus enim, ut ex pluribus praecedentibus constitutionibus didicimus, permixtum est, transactiones ab ipsis initas rescindere. Haec autem constitutio amplius significat, licet minores periuraverint per salutem Principis et Deum omnipotentem, licere iis transactionem rescindere. Atqui discemus postea tit. 27. huius libri, const. 1. eos venditionem non rescindere. Constitutio enim in integrum restitutionem non indulsit. Ne tamen putes, hanc constitutionem illi adversari. Hoc enim constitutio illa dicere videre: licet quidem tibi, etiamsi iuraveris, in integrum restitutionem impetrare: non autem me Principe auctore peierabis. Quod igitur verius est, ex his duabus constitutionibus ostenditur, minorem etiam, qui gesta a sese servaturum iuraverit, adversus iusiurandum suum restitutionem posse impetrare. Hoc autem accipe, praeterquam si de aetate sua iuraverit, se XXV. annis esse maiorem, et iureiurando eum, quocum contraxit, deceperit. Tunc enim, quia dolo fecit, in integrum restitui nequit, non propter iusiurandum, sed propter dolum suum restitutione carens, ut tit. de in integrum restitutionibus lib. 4. partis primae Digestorum diximus. Observa igitur in specie hac constitutione proposita, minori vel perierum admittenti ignosci et per in integrum restitutionem succurri. Peierare enim per salutem Principis pro delicto haberi, etiam lib. 1. de Rebus tit. 2. const. 13. dictum est. Ait enim, peierantem veluti criminis reum fustibus caedi et per praekonem ei acclamari, temere ne iurato. Nota igitur, in delicto, quod vel fustibus coeretur, tamen constitutione veniam minori paciscenti dari. Observa igitur, etiam in nudis pactis locum esse constitutionis sanctioni. Itaque etiamsi quis pactus sit de debito certo a me non exigendo, et iuraverit, se a pacto non recesurum, et postea illud violaverit, hac adversus eum constitutione uti possum. Etsi non omnes poenae ea com-

1) Syn. Φειότητα. 2) Syn. ἐπωμόσαντο. 3) Nota, Graecos illud συγκειμένη referre ad βουλήσει, quum secundum textum latinum magis legi debeat συμφωνομένων, et referri ad διαλύσεων. 4) Idem scholium habet Fabr. usque ad βιβ. τῶν πρώτων. 5) καὶ τὸ deest apud Fabr. 6) Fabr. γενομένας. 7) καὶ τὸ deest apud Fabr. 8) Fabr. κἂν. 9) Fabr. ἐπιπροκοῦσιν αὐτοῖς. 10) Fabr. καὶ. 11) Fabr. καὶ. 12) τοῦ β'. βιβ. τοῦ κώδικος Fabr. 13) Fabr. add. καὶ. 14) Fabr. νόμιζε. 15) Fabr. μέντοι. 16) Fabr. add. δηλονότι. 17) Fabr. ἐπιπροκρίωντος. 18) Fabr. ἐπιπροκρίων. 19) Fabr. δύο. 20) Fabr. add. μή, quod verius est. 21) Fabr. ὅταν pro ἴσα. 22) Fabr. οὐκίον. 23) Fabr. ita: ὡς εἶπομεν ἐν τῷ κέ. τιτ. τοῦ βιβ. ι'. Hactenus hoc scholium Fabrotus habet. Reliqua sunt e Cod. Coisl.

τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἐπὶ τοῖσι τραπαίζεται, ὡς τὸ ἀτιμηθῆναι αὐτὸν καὶ ἐκπεσεῖν τῆς ἀγωγῆς, ἥτις ἠρμωσεν αὐτῷ κατ' ἐμοῦ, ὥστε λοιπὸν μὴ δεῖσθαι με τῆς τοῦ πύκτου παραγραφῆς εἰς ἐκβολὴν τῆς ἀγωγῆς αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς διατάξεως ἔπσο ἰούρι τῆς ἀγωγῆς αὐτὸν ἐκπεσεῖν. δύνασαι δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων συμφωνῶν ψιλῶν ἐνομοτάς γενομένων καὶ παραβαιωμένων κερτῆσθαι τῇ προειρημένῃ διατάξει. [Sch. f. I. 815. sq.]

ὑπὸ μηδενὸς ἀναγκάζομενος] Ἐκείνας περιλαμβάνει ἡ διατάξις τὰς διαλύσεις, ἃς ἐποίησται τις οὐδεμίᾳ ἐξουσίᾳ τοῦ ἀναγκάζοντος ὑποκυψας, τουτέστι, οὐ κατὰ ἀνάγκην ἢ κελυσὶν τινας. μὴ νόμιζε, ὅτι τοῦτο τὸ ἔργον περιλαμβάνει ἐκείνας τὰς διαλύσεις, ἃς κατὰ φόβον τοῦ ἀντιδικῶν συνελασθῆις ἐποίησται. τὸ γὰρ ἰμπέριο δηλοῖ, ἄρχοντα εἶναι τινὰ ἀναγκάζοντα με διαλύσασθαι. εἰ δὲ μὴ ἄρχων ἐστὶ ὁ ἀναγκάσας με, ἀλλ' αὐτὸς ὁ διαδικῶς μου κατὰ βίαν με παρεσκεύασε διαλύσασθαι, ἐκ τῶν ἐπομένων ἔργων ἢ τοιαύτη διαλύσις ἐκβάλλεται. ὅπως γὰρ, εἰ βίαν ἔπαθον, οὐκέτι ἐλευθέρᾳ δοκιμασίᾳ διελευσάμην, οὐδὲ βολοντάτε, ἀλλ' ἀνάγκῃ καὶ συγγνώμῃ τὴν τοιαύτην διάλυσιν ἐπιχειρῶν ἀνατρέψαι. ἐγὼ καὶ ἐκεῖνο φερῶν παραδιδῶμι σοι, ὅτι, κἂν τις πεπλανημένος περὶ τὸ οἰκείον πρᾶγμα διαλύσῃται, εἰ καὶ ἐνόμοτον ποιησῆται τὴν διάλυσιν, δύναται διὰ τὴν αὐτοῦ πλάνην συγγνώσκασθαι, ἐπιχειρῶν ἀνατρέψαι τὴν διάλυσιν ταύτην. ἢ γὰρ διατάξις, ὡς ὄραε, ἐκείνας βούλεται τὰς διαλύσεις μὴ ἀνατρέψασθαι, ἃς ἐποίησται τις ἐλευθέρᾳ δοκιμασίᾳ. εἰ δὲ ἐν τῷ α'. βιβ. tit. η'. ἢ τῷ tit. διατάξις ἐκανόνισεν, μηδεμίαν εἶναι τῶν πεπλανημένων βούλησιν, εἰ τοῖσιν μηδεμίαν ἔχει βούλησιν ὁ πεπλανημένος, αἱ παρ' αὐτοῦ γενομένης διαλύσεις οὐ δοκοῦσι βολοντάτε αὐτοῦ γεγενῆσθαι, καὶ διὰ τοῦτο συγγνώμῃ ἔχει ταύτας ἐπιχειρῶν ἀνατρέψαι. εἰ δὲ καὶ δόλον τις παθῶν διελύσασται, οὐ περιέχεται ταύτῃ τῇ διατάξει. πῶς ἐνδέχεται λέγειν ἡμᾶς, ὅτι ἄλλοιο ἀρβύριο εἶ βολοντάτε διελύσασται ὁ δόλον ὑπομείνας παρὰ ἡ' β) τινος; οὔτε οὖν τὰς κατὰ πρόσταξιν ἄρχοντος καὶ ἀνάγκην γενομένης διαλύσεις, οὔτε τὰς κατὰ φόβον παρὰ τοῦ διαδικῶν ἐπενεχθέντας ἡ) μοι, ἢ τὰς κατὰ πλάνην ἢ τὰς κατὰ δόλον γενομένης διαλύσεις ἢ διατάξις αὐτῇ περιλαμβανέται, ἀλλὰ τὰς καθ' ἑαυτὰ καὶ ἐλευθέρᾳ προαιεῖται γενομένης διαλύσεις περιλαμβάνει.

ἢ ἄρχοντι προσίω] Οὐ περιμένει ἡ διατάξις, τελείως ἔργον συγκροτηθῆναι, καὶ τότε οὕτως ἐπιφέρει τὸ ἐπιτιμῶν, ἀλλὰ μόνον ἐν προσέλη τις ἄρχοντι ἢ ἐπιτῷ δέγονι βασιλεῖ, κἂν μὴ προκατάρχεται ἐπὶ τῇ ἀνατροπῇ τῆς διαλύσεως, ὅμως ὑποπίπτει τῇ νομοθεσίᾳ τῆς προειρημένης διατάξεως.

μὴ πληρῶν τὰ ἐπαγγελθέντα] Σημειῶσαι δὲ, ὅτι, κἂν μὴ βασιλεῖ, κἂν μὴδὲ ἄρχοντι προσέλη ὁ μετ' ἐμοῦ διαλυσάμενος, μὴδὲ φελησῇ ἀνατρέψαι τὴν διάλυσιν, μὴ πληρώσῃ δὲ ὅμως, ἄπερ ἐπηγγείλατο, καὶ οὕτως ὑποπίπτει τῇ νομοθεσίᾳ ταύτης τῆς διατάξεως ἢ γὰρ ἐκ τοῦ ἐπιχειρῶσαι ἀνατρέψαι, ἢ ἐκ τοῦ μὴ σπουδάσαι, πληρῶσαι τὴν διάλυσιν, περιπίπτει τις τῇ προκειμένῃ νομοθεσίᾳ. καὶ ἀνώτερον γὰρ ἢ λζ'. διατάξις τὸν μὴ πληρῶντα, ἢ ἐπηγγείλατο, ὡς ἀνατρέποντα τὴν διάλυσιν εἶπεν ὑποπίπτειν τῷ προσίω. εἶδος οὖν ἐστὶν ἀνατροπῆς διαλύσεως τὸ μὴ πληρῶσαι τινὰ τὰ ἐπὶ τῇ διαλύσει ἐπαγγελθέντα δίδουσαι.

τὰς διαλύσεις] Τοῦτο πρὸς τὸ ἢ διαλύσεις ἀποδεδωκεν ἢ διατάξις ἢ αἰ γὰρ πολλῶν πραγμάτων μεμνημένοι ἐλώθημεν πρὸς τὸ τελευταῖον ἐκφρανοῦμενον ποιεῖσθαι τὰς ἀποδόσεις τοῦ λόγου. καὶ ἡ διατάξις δὲ ἀνώτερον εἰποῦσα συμφωνῶν ἢ διαλύσιν πρὸς τὸ ἢ διαλύσεις ἐποίησται τὴν ἀπόδοσιν.

πάσης ἀγωγῆς ἀποστέρεισθαι] Πολλῶς¹⁾ γὰρ οὐκ ἦν Ἀκουσιασῆ ἡ διάλυσιν, ἀλλὰ μετρί ψιλῶν συμφωνῶν²⁾ προσήλθεν ἢ τοῖς ὄρκοις ἠσφαλισμένη, καὶ εἶχεν ἐν τῇ ἀγωγῇ ἐθρομένην τῷ νόμῳ. βούλεται οὖν καὶ αὐτῆς τῆς ἀγωγῆς ἐκπίπτειν αὐτὸν, ἐπιχειροῦσαντα παραβῆναι τὴν ἐνόμοτον διάλυσιν. [Sch. g. I. 816.]

τὸ πρόστιμον] Ἐὰν οὖν μὴ ἔχη πρόστιμον ἐπεροτήσιν καὶ ὁμολογίαν, οὐ νόμιζεις εἶναι χάριον τῇ παροῦσῃ διατάξει; μάθε, ὅποιον εἶναι ζητεῖ τὴν διάλυσιν. ἢ διατάξις εἶπεν ἐν τοῖς ἄνω ἔργοις, ὅτι παρὰ μείζονος αὐτὴν δεῖ γεγενῆσθαι καὶ ἐκ

prehensae adversus eum locum habeant (nec enim quidquam accepit, ut illud restitueret) tamen, quae in illum cadunt, etiam adversus ipsum adhibentur, veluti, ut infamia notetur et actione, quae ipsi contra me compete- bat, excidat, ita ut de cetero ad submovendam eius actionem pacti exceptione mihi opus non sit, sed ex hac constitutione ipso iure actione excidat. In aliis quoque pactis nudis iureiurando confirmatis et violatis huius constitutionis auxilio uti potes.

2) a nemine coactus] Eas constitutio completitur transactiones, quas quis nullo cogentis imperio cedens inicit, id est, non cogente vel iubente aliquo. Cave putes, hoc textu eas transactiones contineri, quas metu adversarii compulsus inicit. Verbum enim imperio significat, magistratum aliquem esse, qui me ad transigendum coegerit. Quodsi qui me coegit, magistratus non sit, sed ipse adversarius meus vi me ad transigendum compulerit, eiusmodi transactio sequentibus verbis submovetur. Omnino enim, si vim passus sum, non libero arbitrio transegi, nec voluntate, sed necessitate, veniaque ei datur, qui eiusmodi transactionem rescindere tentaverit. Ego vero id quoque tibi tradere audeo, ei, qui circa rem suam errans transegerit, licet iureiurando transactionem firmaverit, propter errorem suum veniam dari, si hanc transactionem rescindere tentaverit. Constitutio enim, ut vides, eas transactiones rescindi non vult, quas quis libero arbitrio fecit. Si vero lib. I. tit. 8. const. 8. regulam proposuit, nullam esse errantium voluntatem: siquidem errans nullam habet voluntatem, transactiones ab eo factae non videntur eius voluntate factae, ideoque ignoscitur ei, si eas rescindere tentaverit. Nec id hac constitutione continetur, si quis dolum passus transegerit. Quomodo enim dicere possumus, libero arbitrio et voluntate transegisse eum, qui dolum ab aliquo passus est? Hac igitur constitutione nec transactiones iussu magistratus et necessitate factae, nec metu ab adversario illato initae, nec per errorem vel dolum factae continentur, sed transactiones pura et libera voluntate initae.

3) vel interpellando iudicem] Non expectat constitutio, donec ad certamen proprie res venerit, et tunc demum poenam irrogat: sed iam si quis iudicem interpellaverit vel preces Principi obtulerit, licet litem ad rescindendam transactionem nondum contestatus sit, sanctioni huius constitutionis subiacet.

4) non implendo promissa] Nota, licet neque Principem, neque magistratum is, qui mecum transegit, interpellaverit, nec rescindere transactionem velit, si tamen promissa non impleat, eum huius constitutionis sanctioni subiacere. Nam vel rescissionem moliendo, vel transactionem non implendo quis in hanc constitutionem incidit. Nam supra quoque const. 37. dixit, eum, qui promissa non implet, in poenam incidere, perinde ac si transactionem rescinderet. Species igitur est rescissionis transactionis, non implere, quae transactionis causa dari promissa sunt.

5) transactiones] Hoc constitutio posuit propter verba: vel transactiones. Nam quum plurimum rerum meminerimus, ad verbum ultimo loco positum apodotes facere semper solemus. Constitutio quoque, quum supra dixisset, pactum vel transactionem, in positione secunda spectavit ad verbum vel transactiones.

6) omni actione privetur] Plerumque enim transactioni Aquiliana stipulatio subdita non est, sed transactio iureiurando firmata nudum pactum fuit, et actionem ipso iure salvam habuit. Vult igitur eum, qui transactionem iureiurando firmatam violare tentaverit, actione ipsa excidere.

7) poenam] Si igitur poenae stipulationem et promissionem transactio non contineat, non putas, locum esse huic constitutioni? Disce, qualem transactionem constitutio desideret. Supra dixit constitutio, eam a maiore

g) Codex περί. h) Illud ἐπενεχθέντας pertinet ad sequens διαλύσεις. Mallem autem ἐπενεχθέντα cum φόβον coniungendum. i) Hoc scholium et Fabr. habet. k) Fabr. ψιλῶν συμφωνῶν.

μηδεμίαν ἀνάγκην τοῦ ἔχοντος ἐμπέριον, καὶ λιβέρο ἀρβίτριο καὶ βολοντάτε, καὶ ἔχειν καὶ αὐτὴν καὶ τὸν ὄρκιον. τὸ δὲ πρόστιμον ἐγκείμεθα τῇ ὁμολογίᾳ οὐκ ἀπαιτεῖ πάντως ἡ διάταξις, ἀλλὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον παρεπόμενον τρακτάζει. ἀμέλει ὡς μὴ στενοχωροῦσα ἐαυτὴν ἐπίγυγεν ἀποδοδομένου τοῦ πρόστιμου, ἐὰν ὁλοῦς ἀποδειχθῆι τοῖς συμφώνοις ἐγκείμενον πρόστιμον.

κερδαινέτω τὸ ἕτερον μέρος] Καλῶς πάνυ καὶ ἀσφαλῶς ἡ διάταξις τιμορησαμένη τὸν παραβαίνοντα τὴν διάλυσιν ἐν τῇ ἐκπτώσει τῶν πραγμάτων καὶ τῇ γυνώσκει παυτὸς κέρδους ἐπήγαγε, τὴν βούλεται ταῦτα προστίθεσθαι· ἐπεὶ ἡδυνάτο τις εἰπεῖν, ὅτι ὡς παρὰ ἀναξίου ἀφείλετο ταῦτα ἡ διάταξις καὶ τῷ φίσκῳ βούλεται διαφέρειν αὐτὰ κατὰ τὸν κανόνα τὸν λεγόντα, τὰ παρὰ ἀναξίων ἀφαιρούμενα τῷ φίσκῳ διαφέρειν. τελείως οὖν καὶ ἀναμφιβόλως ἐπήγαγε τοῦτο ἡ διάταξις, ἵνα μηδεμία γένηται περὶ τούτου τοῦ κέρδους ἀμφιβολία, σημαίνει δὲ, ὅτι τόσα κερδαίνει ὁ διάδικός μου, ὅσα ἐγὼ ἐκτιμῶμαι παρὰ τὴν διάλυσιν, ὅτε αὐτὸς ἐμμένει τῇ διάλυσει.

† Ασφαλῶς ἐπήγαγε, τὴν ταῦτα βούλεται προστίθεσθαι· ἐπεὶ ἡδυνάτο τις εἰπεῖν, τῷ φίσκῳ διαφέρειν, κατὰ τὸν καθόλου κανόνα τὸν λεγόντα, τὰ παρὰ ἀναξίων ἀφαιρούμενα τῷ φίσκῳ διαφέρουσιν. [Sch. h. I. 816.]

99¹). Ἐάν τις πλαστον λόγου^m) χάριν προενεγκῶνⁿ) γραμματεῖον κατ' ἐμοῦ, ὡς χρεώστην με ἐμεθόδευσεν^o), ἢ πλαστὴν διαθήκην ἢ κωδίκειλλον προενεγκῶν^p) ἀπῆρει με δῆθεν ληγῆτον ἐν τούτοις τοῖς^q) συμβολαίοις αὐτῶν καταλειφθέν, ἐγὼ δὲ πρὸς τὴν τοιαύτην ἀγωγὴν^r) διελυσάμην, ἔξεστί μοι, εἰ καὶ ἐνωμότως γέγονεν ἡ διάλυσις, ἀνατρέπειν αὐτὴν, ὡς προφάσει πλαστῶν δικαιωμάτων γενομένην. ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν, ἐμοῦ τὴν διάλυσιν ἀνατρέπειν ἐπιχειροῦντος, τὸν ἐμὸν διάδικον λέγειν, ὅτι, εἰ^s) Ἐπιτρέπειν πλαστὴν εἶναι τὴν διαθήκην, ἐγγραφῶν κατ' ἐμοῦ τὸ τῆς πλαστογραφίας ἔγκλημα, καὶ τῷ φόβῳ τῶν ἐγγραφῶν διαταράττομαι, ἐπήγαγε καὶ τοῦτο καλῶς ἢ διάταξις, ὥστε καὶ χωρὶς ἐγγραφῶν^t) ἐξεῖναι τοῦτο αὐτὸ^u) ζητεῖν, τὸ εἰ πλαστὸν ἦν τὸ συμβόλαιον, ἐξ οὗ διελευσάμην. Εἰ δὲ περὶ πολλῶν κεφαλαίων μεταξὺ ἡμῶν γένηται^v) ἡ διάλυσις, ἐκ δὲ τούτων τῶν πολλῶν κεφαλαίων ἐν μόνον^w) ἐκ τῶν πλαστῶν συμβολαίων ἐκινεῖτό μοι, νομοθετεῖ ἡ διάταξις, αὐτὸ μόνον τὸ ἐν κεφάλαιον τὸ ἐκ τῶν πλαστῶν συμβολαίων εἰς διάλυσιν ἐνεχθῆν ἀναψηλαφῆσθαι, τὰ δὲ ἄλλα κεφάλαια μένειν βέβαια. Ἐπιτρέπει δὲ καὶ^x) ἔνθα περὶ αὐτοῦ τούτου ζητεῖται, εἰ ἀπὸ πλαστῶν συμβολαίων ἢ διάλυσις γέγονε, διαλύεσθαι τοὺς περὶ τούτου πρὸς ἀλλήλους φιλοκεταύνας^y). Τέσσαρα οὖν νόμιμα θαναταστὰ παραδίδωσιν^z) ἡμῖν ἡ διάταξις. πρῶτον μὲν, ὅτι καὶ τὰς ἐνωμότους διαλύσεις ἀπὸ πλαστῶν συμβολαίων γενομένης ἔξεστιν ἡμῖν ἀναψηλαφῆν· δεύτερον δὲ, ὅτι οὐκ ἀνάγκη μετ' ἐγγραφῶν καὶ τῆς τῶν ποινῶν ἀκριβείας ζητεῖσθαι τὸ περὶ τοῦ πλαστοῦ συμβολαίου, ἀλλὰ δύναιται καὶ τὸ πολιτικώτερον, τουτέστι διχα ἐγγραφῶν καὶ τιμωρίας τινὸς τὸ περὶ τοῦ συμβολαίου κατεξετασθῆναι^a). τὸ δὲ τρίτον, ὅτι, ἐὰν περὶ πολλῶν κεφαλαίων ἢ ἐνωμότος διάλυσις γέγονε, τὸ μὲν ἀπὸ πλαστῶν συμβολαίων κινήθῃ μοι κεφάλαιον ἀνατρέπειν δύναμαι· τὸ δ' ἄλλα κεφάλαια τῆς διαλύσεως μένειν βέβαια. τέταρτον δὲ αὐτῆς ἐστὶ νόμιμον τὸ ἐπιτρέπον καὶ περὶ τούτου αὐτοῦ τοῦ^b) εἰ ἀπὸ πλαστῶν δικαιωμάτων γέγονεν ἡ διάλυσις, εἴτε καὶ μὴ, διαλύεσθαι^c).

XXV annis factam esse debere, non cogente eo, qui imperium habet, et libero arbitrio et voluntate, eamque iureiurando debere esse firmatam. Ut autem poena promissioni inserta sit, non omnino constitutio exigit, sed id tractat, quod ut plurimum subsequitur. Certo ne nimis angusta esset constitutio, addidit *restituta poena*, si poena pactis inserta omnino probetur.

8) *lucro alterius partis cedant*] Pulcherrime et accurate constitutio, quae eum, qui fidem transactionis rupit, coercuit, in rerum privatione et omnis lucri iactura adiecit, cui ea cedere velit. Nam dicere quis posset, haec tanquam indigno constitutione auferri, eamque velle, ut haec ad fiscum pertineant, secundum regulam dicentem: quae tanquam indignis auferuntur, ad fiscum pertinent. Plene igitur et indubitate hoc constitutio adiecit, ne de eo lucro dubitatio ulla fieret. Significat, tantum adversarium meum lucrari, quantum ego, qui transactionem violo, amitto, quum ipse in ea perseverat.

Caute subiicit, cui haec acquiri velit: poterat enim quis dicere, ad fiscum ea pertinere, secundum regulam, quae generaliter definit, ea, quae indignis auferuntur, ad fiscum pertinere.

LIX. Si quis¹) falso, verbi causa, instrumento adversus me prolato, tanquam debitorem me convenit, vel testamento falso vel codicillis prolatis, legatum ei in his instrumentis relictum a me petierit, ego vero cum ipso de huiusmodi actione transegero: licet mihi, quamvis interposito iureiurando transactio celebrata sit, ipsam rescindere, quasi ob causam falsorum instrumentorum factam. Verum quia credibile est, me transactionem rescindere adnitente, adversarium meum dicturum: si confidit, falsum esse testamentum, de falso argue et in crimen adversus me inscribe²): egoque metu inscriptionis perterreor, recte et hoc constitutio subiecit, ut etiam citra inscriptionem in crimen quaerere liceat, falsumne fuerit instrumentum, ex quo transactionem inii. Quodsi de pluribus capitulis transactio inter nos inita fuerit, et ex pluribus his capitulis unius tantum nomine ex falsis instrumentis mecum actum sit, constitutio sancit, ut illud unum tantum capitulum ex falsis instrumentis in transactionem deductum retractetur, reliqua autem capitula firma maneat. Permittit etiam, ut, si de hoc ipso quaestio sit, an ex falsis instrumentis transactio inita sit, eam inter se transactione dirimant, qui de ea contendunt. Quatuor igitur admirabilia iura tradit nobis constitutio: primum quidem³), quod etiam transactiones iureiurando firmatas ex falsis instrumentis initas retractare nobis licet: secundum, quod de falso instrumento cum inscriptione in crimen et poenarum rigore quaestionem institui necesse non est, sed civilius quoque, id est, citra inscriptionem in crimen et metum poenae cuiusdam de instrumento quaeri potest: tertium, quod, si de pluribus capitulis transactio interposito iureiurando facta sit, capitulum ex falsis instrumentis compositum rescindere possum: reliqua autem transactionis capitula firma manent. Quartum ius, quod ea continetur, est, quod de eo ipso, utrum ex falsis instrumentis transactio facta sit, necne, transigere permittit.

L. 42. C. II. 4

